



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XXIII. Quod allemandiae, al. gallemanchiae, & turpes cantici prohibendi
sunt a sanctorum solennitatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO CHRISTI 589. habet enim nos Apostolus lugere defunctos, dicens:

De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad huius vitæ ærumnas prostrauit resuscitandum. Si enim potest hoc episcopus * Christianorum omnium prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XXIII.

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consuevit; ut populi, qui debent officia diuina attendere, * saltationibus & turpibus inuigilent canticos; non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officiis perstrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum & iudicium a Concilio sancto curæ committatur.

*De consecr.
dist. 3. Irre-
ligiosa con-
suetudo est.*

E D I C T V M R E G I S

D E C O N F I R M A T I O N E C O N C I L II.

Gloriosissimus & piissimus dominus noster Reccaredus Rex.

V NIVERSORVM sub regni nostri potestate consistentium amatores nos suos diuina faciens veritas, nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandæ fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ, episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentandos culmini iuberemus. Præcedenti autem diligent & cauta deliberatione, siue quæ ad fidem conueniunt, seu quæ ad morum correctionem respiciunt. Cum enim sensus maturitate & intelligentiæ grauitate constant esse digesta, nostra proinde auctoritas id omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus iubet,